Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



84

plenam lectionem vacent hora sexta agatur tertia: et usque ad horam
nonam omnes in opus suum laborent quod eis injungitur. Sicuti
autem primo signo hore none disjungant se ab opere singuli: et
sint parati dum sedem signum pulsaverit. Post refectionem au-
tem vacent lectionibus suis aut psalmis. Divisio capitulorum

In quadragesime vero diebus a mane usque ad tertiam
plenam lectioni vacent: et usque ad decimam plenam
operentur quod eis injungitur. In quibus diebus quadrage-
sime. accipiant omnes singulos codices de bibliotheca: quos p
ordinem ex integro legant. Qui codices: in caput quadrage-
sime dandi sunt. Ante omnia tamen deputetur unus aut duo
seniores: qui circumeant monasterium horis quibus vacant
lectioni: et videant ne forte inveniatur frater acidiosus
qui vacet otio aut fabulis. et non est intentus lectioni: et non so-
lum sibi inutilis est. sed etiam alios extollit. Si tales si quod
absit repertus fuerit. corripiatur semel et secundo: si non emen-
daverit correptioni regulari subiaceat: et taliter ut ceteri me-
tum habeant. Nec frater ad fratrem jungatur horis in quo
petentibus. Dominico die lectioni vacent omnes: exceptis
hys qui variis officiis deputati sunt. Si quis vero ita negligens
et desidiosus fuerit. ut non velit aut non possit meditari a
legere: injungatur ei opus quod faciat: ut non vacet. fratribus
infirmis aut delicatis talis opera aut ars injungatur ut nec
otiosi sint: nec violencia laboris opprimant: ut effugentur.
Quorum imbecillitas: ab abbate considerandi est. De observa

Sed omni tempore quadragesime. Capitulum lxx

Capitulum. 49.

vita monachi quadragesime observationem debet
habere: tamen quia paucorum est ista virtus: ideo suademus

4 Divisio.